

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio I
cum fonte primo

Sunt ditiores monachi quam fuerant
seculares; possident opes sub Christo
paupere quas sub locuplete dyabolo non
habuerant et suspiret eos ecclesia
diuites quos tenuit mundus ante
mendicos. Nepotianus noster aurum
calcans cedulas consecatur.

Ieronymus in epistola ad Elyodorum
monachum.

alii nummum addant nummo et
marsuppium suffocantes matronarum
opes uenentur obsequiis,
sint ditiores monachi, quam fuerant
saeculares, possideant opes sub Christo
paupere, quas sub locuplete diabolo non
habuerant, et suspiret eos ecclesia
diuites, quos tenuit mundus ante
mendicos: Nepotianus noster aurum
calcans scedulas consecatur,
sed, sicut sui in carne contemptor est et
paupertate incedit ornator, ita totum
ecclesiae inuestigat ornatum.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 60,
11, 3 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.562-3,
ll.18, 1-8).